ENGELBERTUS ADMONTENSIS
Klosterneuburg, 1384 Seite 81r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=237
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



iudicia et sua pericula homini ostendendo. Mt. vj. Iudicabo te
homo quid sit bonum et quid dominus requirat a te etc. Ij. remedia
congrua instruendo. Joh. xv. Si hec feceritis beati eritis. Joh.
ij. Quecumque dixerit vobis facite. iij. remedio obtentum
et usum docendo. Sap. viij. Sobrietatem prudentiam
et virtutem docet sapientia quibus nichil utilius est hominibus in vita
etc. Ys. xlvij. Ego dominus deus tuus docens te utilia.

Media nocte surgebam ad con-
Dixerat iam prius quod inter implicationes et fines perfec-
tos legis dei non fuit oblitus sed per timorem divinum recordatus
modo effectum et utilitatem huius recordationis et memorie
ad dissolvendum et dirumpendum fines peccatorum subiungit
quasi dicat. In tantum non fui oblitus immo recordatus legis domini
quod iuxta ipsius preceptum seu consilium. Media nocte id est in
media tribulatione quam ingerebant fines peccatorum surrexi
ad remedium confessionis et orationis et laudis. Sed vide Osee
vj. In tribulatione sua mane consurgent ad me. Ps. Preveni
in maturitate et clamavi etc. Et hoc per timorem discipline
quod usus est contra custodiam sensuum et actuum corporalium et
spiritualium ut infra de hoc dicetur. Media nocte surge-
bam etc. Nox multiplex est ut litera supra vij. versu vij. Hic
spiritualiter accipitur pro nocte tribulationis et nocte culpe et pigri-
cie et ignorantie. Unde super illud Job xxxiiij. Noctem in-
ducet et conterentur dicit Gregorius. Duobus modis quis in nocte con-
teritur vel cum exteriori tribulatione percutitur vel cum occulto di-
vinitus intrinsecus excitatur. Unde notandum quod tribulationis et
temptationis alia sunt prima alia media alia ultima. Prima
itaque tempora tribulationis et temptationis sunt leviora propter spem
inceptam et conceptam. Similiter ultima sunt leviora propter spem
perfectam et confirmatam sicut dicitur Ad Rom. xij. Spe gau-
dentes in tribulatione patientes etc. Media vero sunt gra-
vissima propter spem divinam exspectatam et tardatam. Ps. De-
fecerunt oculi mei dum spero in deum meum. Media igitur nocte
id est in media peccatorum multitudine vel tribulationum et
temptationum magnitudine quando utrumque mentem obpri-
munt gravissimo sopore oblivionis divinorum iudiciorum

vel desperationis divinorum beneficiorum tunc rumpenda est mora tunc
surgendum est et consurgendum et exsurgendum ad remedia con-
fessionis et orationis et divine laudis. Prov. xi. Usquequo
pigri dormis etc. Ad Rom. xiij. Hora est iam nos de sop-
no surgere etc. Notandum quod secundum Rom. convenienter accidentium que
se simul consequuntur surgere consequitur ad unum ex tribus. Surgunt
enim a mortui sui dormientes et iacentes et sedentes.
Quorum igitur pertinet ad noctem culpe principaliter et pigricie et igno-
rantie consequuntur. Quidam dormiunt in peccatis per insensibilitatem
et quasi fere letargici et mortui sunt in eis per mentis oblivionem
et conscientie depositionem de quibus dicitur Tren. iij. In tenebrosis col-
locavit me quasi mortuos sempiternos. Ps. Numquid mor-
tuis facies mirabilia aut medici suscitabunt et confitebun-
tur etc. Isti resurgere non possunt nisi prius resuscitati. Ps.
Numquid qui dormit non addiciet ut resurgat. Ps. Emit-
te spiritum tuum et creabuntur etc. Ad Effe. vij. Surge qui dor-
mis et exsurge a mortuis et illuminabit te Christus etc. Quidam
vero iacent in peccatis per delectationem et consuetudinem
Ps. Adhesit in terra venter noster. Johel. j. Computruerunt iu-
menta in stercore suo etc. Isti resurgere non possunt nisi apprehensi
et sublevati. Luc. xiiij. Ipse vero apprehensum sanavit eum
ac dimisit etc. Quidam autem sedent in peccatis scilicet per peccandi
exemplum et auctoritatem qui sedent in cathedra pestilentie
Ps. Et in cathedra pestilentie non sedit. Isti non surgunt
nisi vocati. Math. x. Vidit ihesus hominem sedentem in theloneo
matheum nomine et ait illi Sequere me et surgens secutus
est eum. Ps. Surgite postquam sederitis qui manducatis
panem doloris. In media igitur nocte culpe surgendum
est per peccati recognitionem et cordis contritionem antequam succedat nox
pigricie. Unde super illud Job xxxiiij. In media nocte curva-
buntur populi et pertransibunt. Dicit Gregorius. In media nocte curvati per-
transeunt qui obscuritate sue negligentie humiliati de me-
dio rapiuntur. Et in media nocte pigricie surgendum est
ne succedat nox oblivionis aut ignorantie que sequitur
ex culpa et pigricia. Unde super illud ibidem. Noctem inducet et con-
terentur etc. Dicit Gregorius. Quia ex precedentibus culpis non deletis